

PRAEFATIO.

um Prophetarum & apostolorū
conciones, tamen in hac Episto-
la à Paulo ut ab artifice exposita
est integra collatis membris, &
quasi *σωματοποιήσας*, & ordine
usitato in disputationibus artiū.
Cum autem harum rerum do-
ctrina maxime necessaria sit Ec-
clesiæ, manifestum est hanc Epis-
tolam oportere familiarissime
notam esse omnib: quæ quidem
lumen est aliorum scriptorum
Propheticorum & Apostolico-
rum, & methodi uice esse potest
ad alias lectiones illustrandas.

Cum autem nos oporteat di-
scipulos esse uocis diuinæ, quid
agit fidelis lector alijs eam pro-
ponens? Monstrabit ordine
mem-